Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quos plurimum clarifas multitudi de-
Gaude dei genitrix quia tanti
stati obstetricii vice fungentes ange-
li gloriam dei. Ipse pius vnice qui
humanam tui causa formam assump-
sisti tribue supplicibus tuis. Et qui
participem te fore dignatus es illum
dignanter cor suscipere pios. Ut
ipsos diuinitatis tue principes de-
facere digneris vnice dei. Qui tecum
Primum. c. euo. secundum Johem.
ipso erat verbum. Et ipsum
erat apud deum. Et deus erat
verbum. Hoc erat in prin-
cipio apud deum. Omnia per
ipsum facta sunt: et sine ipso
factum est nichil. Quod factum
est: in ipso vita erat. Et vi-
ta erat lux hominum: et lux in
tenebris lucet. et tenebre eam
non comprehenderunt. Fuit
homo missus a deo: cui no-
men erat Johes. Hic venit
in testimonium vt testimo-
nium perhiberet de lumine: vt
omnes crederent per illum. Non
erat ille lux: sed vt testimo-
nium perhiberet de lumine. Er-
at lux vera: que illumi-
nat omnem hominem veni-
entem in hunc mundum. In
mundo erat: et mundus
per ipsum factus est: et mun-
dus eum non agnouit. In pro-
pria venit: et sui eum non re-
ceperunt. Quotquot autem
receperunt eum: dedit eis po-
testatem filios dei fieri his qui
credunt in nomine eius.
Qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis
neque ex voluntate viri:
sed ex deo nati sunt. Et ver-
bum caro factum est: et ha-
bitauit in nobis. Et vidi-
mus gloriam eius: gloriam
quasi vnigeniti a patre. Ple-
num gratia et veritate. Offe.
Qui fundasti terram super
aquas. Et tua est terra orbis
terrarum et plenitudinem eius tu fun-
dasti iustitiam et iudicium preparatio sedis
tue. Secre. Oblata domine mu-
nera vnigeniti tui nova
nativitate sanctifica nosque a
pristinis maculis emunda-
re. Pfa de nativitate q dicetur usque
in die epiphanie nisi festum occurrat
quod propriam habeat pfam. Communi-
cantes et diem. Communi-
cantes. Viderunt
omnes fines terre salutare dei nri. Post
Postcomu qs omnipotens deus ut na-
tus hodie saluator mun-
di sicut diuine nobis gra-
tiae fons est auctor: ita et in
nos salutaris fiat participa-
tor. Dominus sit cum vobis. Et cum
tuo. Ite missa est. De
Sancto Stephano Introitus.
Tenuerunt principes et ad-
uersum me loquebantur